

iuridi|co Aemiliae | [et Fla]mini|ae, [pro]cos. Cretae et Cyrenarum | . . . . . | [Kala]men[es] | patr|on[o].

*Calamae in Numidia (VIII 5554 descr. Renier).*

**1085** Q. Servilio | Pudenti, | Q. Servili | Pudentis | procos.<sup>1</sup> filio, | patrono | municipii, | d. d. p. p.

*Bisicae (Hr. Bischka) in prov. Africa (Eph. ep. 7, 95 = VIII S. 12291).*

1) *Maritus Ceioniae Plautiae sororis L. Veri (supra N. 530). Postea ad consulatum pervenit ordinarium a. 166. — Titulos N. 1084/5 Mommsenus (ad Eph. 5, 298) positos putat Pudentibus paulo post a. 164 propter adfinitatem cum novo imperatore.*

**1086** Ti. Claudio | Saethidae | Caeliano, | Cl. Fronti[ni] | cos. f., X[vir.] | stl. iud., trib. mil. leg. | III Gallicae, [g.] provinc. | [Sici]liae candidato imp. | [An]tonini et Veri August[or.], | sodali Hadriani, le[g.] . . . ., | [[trib.] pleb., praet. fid. com[m.], | legato leg. XI Cl., aug[ur.], | patrono coloniae | d. d.

**1087** Ti. Claudi[o] Quir. Fronti|no Nicerato, Cl. | Frontini cos. f., | Xvir. stl. iud., | trib. laticlavio leg. | IIII [Fl]a[vi]ae, qua[es]tori pro praet. [pro]vinc. Achaiae, [ab] | actis senatus, a[ed.] | cur., praetori . . ., | patr. [col., d. d.].

**1088** Ti. Claudio Quir. Sa[e]thida[e] Cethego Frontino, Ti. Claud[i] Frontini legat. legionis filio, Ti. Claudi Frontini cos. nep., patrono col., d. d.

*Montorii inter Salernum et Abellinum rep. a. 1542 (X 1125. 1122. 1124 semel descriptae). — Ti. Claudius Saethida Caelianus et Ti. Claudius Frontinus Niceratus noti sunt praeterea ex compluribus titulis in Peloponneso repertis. Simul posuerunt L. Vero Messeniacum III 495, ille Marco Caesari Spartanum C. I. Gr. 1518; huic dedicati sunt Spartae et Argis tituli C. I. Gr. 1527. 1135. Frontini filius fuit Ti. Claudius Saethida Cethegus (N. 1088), qui memoratur etiam VI 16440. — A Pausania 4, 52, 2 memorantur, ut monuit Foucart (ad Lebas 2, 519), Aethidae complures Messenii, quod nomen fortasse ex Saethidae nomine corruptum est.*

**1089** d. m. | Corneliae | Procula et | Placida fecer. | L. Stertinio Quintiliano Acilio | Straboni Q. Corne|lio Rustico Apronio | Senecioni Procuro | proconsuli provin|ciae Asiae<sup>1</sup>, patri bene | merenti.

**1090** d. m. | Corneliae | Procula et | Placida fecer. | Q. Cornelio Sene|cioni Procuro<sup>2</sup> | praetoricio le|gato provin|ciae Asiae, fra|tri bene meren|ti.

*Romae (VI 1587 in museo Vaticano. 1588 nunc Neapoli). — 1) Proconsul Asiae fuit Marco et Vero imperantibus (Dig. 48, 48, 1, 4 cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 150). — 2) Q. Cornelius Senecio Procucus videtur mortuus esse eodem fere tempore quo pater (N. 1089); certe titulus videtur eodem positus esse.*

**1091** Genio domus sacrum (*Infra, sub imagine Genii*) pro salute | Q. Antisti Adventi Postumi Aquilini<sup>1</sup>, leg. Aug. leg. II Adiutricis, | et Noviae Crispinae<sup>2</sup> eius, et | L. Antisti Mundici Burri<sup>3</sup>, et Anto|niae Priscae matris eius, et li|berorum et familiae eorum, | Agathopus lib. ex viso | d. d. (*In utroque latere*) Q. Antistius Agathopus ex | viso d. d. idemq. | dedicavit k. Mart. | Macrino et Celso cos.<sup>4</sup>